



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis  
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

Lectio 15. De Evangelio Dominicæ Palmarum. Turbæ quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes O sanna Filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini. In hac Lectione describitur ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

vel non permanere mecum in gloria, vel redire ad vilitatem, gaudium lacrymis, gloriam ignominia, terras. & harum animarum penas luere exemplis, vitam morti: etiam in hoc triumpho humilitatis, & postmodum ad mare verti. Eligit ante ille remissum, inopiam glorie confectus vita: Ecce Rex verti ad corpus, & admirabilis subit pro anima: tunc venit tibi ipse pater & ascendens super astra, hinc peccitentia. Ita surus vita eius ca. 23. l. 11. & pullum filium astra. In hoc triumpho vehitur a Sic non querebat ipsa gloriam suam, sed honorem sua & alio, quid vultus? Pueri & turba occurrit ei, non Primores, non Optimates, qualis ei gortis

ex parte animarum, quibus in iudic. Zach. 9.

Conclu-  
sio,

Hæc itaque sunt quatuor potissima prædestinationis signa, quæ ex hoc Evangelio colliguntur; & unusquisque ea tamquam quotidianum triumphatorum insignia; sed viles in via vestes speculum potest ante oculos ponere, diligenter prosterantur, quid contemtilibus? Ad hoc que considerare, an in se omnia illa vel aliqua re-ram forsan anas acclamatione popularis perdurat; petat, ut probabiliter possit conicere, an nomen Theatralis Rex videtur & scenicus. Rex unius hominum scriptum sit in libro Mortis, an in libro Vitæ: quid magis irrisive dignum? In medio acclamatione nostrum in hoc esse debet, quod nomina cum lacrymis? Non ei vel modicum cibi potusque nostra scripta sunt in oculis, inquit Dominus & scilicet erigenti & sitienti proponatur, ita ut cogatur ei- pulis suis. Id ergo maximo debet nobis esse cura? vitæ egeat in præfatis? quid pauperis? Nihil quia qui non fuerit inventus in libro vitæ, inter-erit hic magnificentiam, nihil illustre, omnia sunt tur in flagnum ignis ardentis: nec inter oves au-popularia & vilia, ludibris potius quæ triumpho merabitur a dextris, sed inter hircos à sinistris: humiliora, si extrinsecus solum considerentur, & nec inter benedictos Parris recensentur, sed inter iuxta huius sæculi fastum examinantur. Verum si maledictos cum diabolo & Angelis eius à facie in veritatis lance flagula expandantur, si inspicia- Deo æternum proficietur.

Fac Domine, hæc semper nobiscum misericordiam, hæc nobis impertire gratiam, ut verba lustri- tua auribus cordis excipiamus, & illis prompre- Primo quidem solempis fuit hic Christi ingref- obediamus, vocemque tuam tamquam oves au- sus, etiam ex parte animalis quo vehitur, quia diamus, sequamur, obsequamur. Fac ut pecca- in illo multa mysteria indicantur. Nec enim Pro- rum odiamus & excetetur, tamquam bonitati pheta Zacharias specialiter illius mentionem lon- tua adversum, & si per fragilitatem peccaveri- ge antea fecisset, nisi hic mysterium latuisset: Ex- mus, da gratiam ut non in hæreamus, sed mox ex- ce, inquit, Rex tuus, ascendens super astra, & pul- urgamus, & ferventer culpas deflesimus. Da nobis sum astra. Ipse super utrumque sedens, sed in colli- in tribulationibus & adversis, in injuriis & contru- ve, ut hic Propheta significat cum Evangelista, melius patientiam & constantiam, ut vincamus in Et turbe utrique vestimenta imposuerunt, & bono malum, nec superentur a malis. Da zelum eum super eos sedare fecerunt, ut legitur B. b. lia glorie tue, & contemptum glorie nostræ, ut Romana. Aliqui existimant tantum de illo super non nisi te queramus; & nos ipsos tamquam ser- pullum astra, ut habent alii Evangelista: & ideo vos inutiles semper humilemus. Sic sperabimus cum dicitur sedisse super astra, & super pullum inter electos tuos tandem recenseri; quos ab æ- astra, dicitur illud & idem significare quod dicitur: Quo- terno in libro tuo conscripsisti; & his electionis pullum filium astra. Sed verisimilius est successi- & prædestinationis signis animati, ferventius ve Christum utrique insedisse ob mysterium. A- tibi serviemus; exultantes in te qui es gloria- sina enim subjugalis significabat populum Iudæo- nostra nunc fide & spe, postmodum in re & spe- rum, qui volebat iugum legis veteris: Pullus na Epulu- rum autem Gentiles indomitos qui nullius legis iu- Cur aspi- gū vulerant, nulli colla submiserant, cum 30 Deo- na Christi- rum nullis colerant, & pro libro viverent. V- gū fuerunt, trumque autem populum sibi per Evangelium su- bicere debebat Christus, utrumque ad se addu- cere, & in caelestem Ierusalem introducere, ut explicat S. Cyrillus in c. 12. Ioan. Multis autem vis oculis populus uterque alligatus erat, vis oculis scilicet ignorantia, vinculisque peccati; & ideo iterum non sine mysterio mittuntur discipuli ad dissolvendum hæc animalia, quia hi mittendi erant postmodum ad instructionem ignorantium, & ad crimina dissolvendum auctoritate Christi, Vnde

Christus insedit astra & pullo.

Cur aspi- na Epulu- na Christi- gū fuerunt,

**DOMINICA PALMARUM.**

Turba que præcedebat, & que sequebantur, clamabant. Matth. 21.

LECT. 15.  
In 4. par-  
tes divi-  
sa. De ce-  
lesti-  
bus  
Triumphis  
Christi.  
PAR. 1.  
Trium-  
phus  
Christi  
celestis.

Christi Domini triumphus in Ierusalem sub Evangelio describitur vili apparere & con- temtilibus, si spectetur solum oculis corporis: il- lustis sortis est & sublimis, si contempletur & in- trospiciamus illum oculis cordis. Nemp Christus qui ab initio solus est, & unæque summa in finis, erat postmodum ad instructionem ignorantium, & ad crimina dissolvendum auctoritate Christi, Vnde



Orig. h. 14. in 21. e. Math. Triumphus Christi. Caesarum triumphos excelsi.

Vnde et cum hic dicitur missio duos ex discipulis suis, ut discurrerent Asinam & pullum. agnosce in mysterio Petrum & Paulum, qui dexteras sibi non dederunt sanctitati, ut Petrus quidem ad no-

Zach. 9. Christum humilitate, quadrigarum generum superavit. Dan. 1.

gulari & cruenti erant, ac vestibus rufis ut soliti, hoc est purpureis & coccineis. Clypeus eius igneus, viri exercitus eius in coccineis. Secunda designat Parliamentum monarchiam, in qua equi viginti, quia ipsi veste pulla uti, & quia multum honoris & meritis aculerunt Iudaeis. Tertia, in qua equi sibi, designabat Graecorum Monarchiam, quia veste candida uti soliti, & elementis facis fuerunt in Iudaeos, cum Alexander eorum Rex Iudaeorum Pontificem honoravit. Quarta, in qua equi varii Romanorum Monarchiam designabat, quae varia fuit in regimine, quod initio fuit monarchicum in Regibus, postea aristocraticum in Consulibus, ulterius in Tribunis plebis democraticum, rursus in Imperatoribus monarchicum. Idem constabat ex variis ingenis, variaque gentem alii fuerit Itali, alii Hispani, alii Galli, alii Graeci. Hanc iterum omnes quadrigas cum suis leffloribus Christus superaturus veniet, & sibi sabacturus, humilitate, mansuetudine, patientia, & patientia, quod iterum praesignatum fuit in factio Sampsonis, qui madaibola asiat mille hostes stravit in agro, & ex illa fontem manae fecit de molae denre, utinque suam explevit. Dicit enim P. Prosper, per id significari victoriam Christi de mundi, per simplicitatem & ignorantiam diabolum repositam, de qua quidem iam triumphus praedicti discipuli ista inelamantibus cum carere de turba, Ojanns filio Davit, Benedictus qui venit in nomine Domini

Ad idam usque, hic etiam mystice significatur, dum Christus in Iudaeam, ipsum in Iudaeam tamquam rectorem & lefflorem animae humili, obediens, patienti, quae se totam lefflori suo religuar. Felix qui talis est, quia non potest non esse confors regni eius. Ideo dicebat Davit, non solum in persona Ioseph, sed etiam in persona omnium iustorum, in mentem factum sum apud te, & ego semper tecum. Neque rufi numides divinis alligati praecipis, iumentis in Iar & asini, non ut jugum & onus portare cum patientia & obedientia, vitaeque praesentis itinera ad aurum Dei ducentis & praedicationis pergunt, ut explicat Sanctus Gregorius in mor. cap. 1. Propterea etiam quidam ex antiquis illis Eremi Patribus solebat dicere: Ego & Asinus unum sumus. B. Drogo Hostiensis Episcopus. Tractatu de Sacramento Dominicae Passionis, per asinam carnem intelligit, per pullum filium utrumque sedere, quando carnem spiritum subiugae & concordat. Audi eius verba. Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Quis est iste Iherusalem, qui vult esse in asine inguere eius, portare, & ipse sedeat super te asinam suum, & pullum suum subiugale. Et quis est haec asina? Ista quae caro vocatur. Et quis est pullus eius? Spiritus & mens. Quia non prius quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale. Sed & prius Rex mansuetus.

Nach. 2.

Isid. 13.

Asina a-

Psal. 71.

In vita Patrum.

Tom. 1. D. li. 55. Patrum.



juvus super asinam: postea super pullum. Primum caro demasur, ut iugo sit habitus: deinde nascitur pullus, nisi tritum, roboratur, ut seferem suum portare possit. Sed deat super utrumque Rex mansuetus, faciem pacem, no hac sibi advenientur.

**Pars II.**  
**Concur-**  
**rens tur-**  
**batu-**  
**rum**  
**Christi**  
**auget.**

**S**ecundus triumphus hic celestis est ex parte tur-  
concurrentis, si attente consideretur. Nec  
enim sine ylerio quidam præcedebant, quidam  
comitabantur, qui dum sequebantur, quidam  
sine mysterio quidam sternunt vestimenta super  
sionem, alii in via, alii palmas & olivas manibus de-  
ferunt. In primis, hi qui de turba præcedunt Chri-  
stum ingerentem in Ierusalem. designant Patri-  
archas & Prophetas qui Christum præcesserunt. In  
his qui comitantur. Apostoli & discipuli, illique  
omnes designantur, qui Christum in carne viden-  
tur, sterneruntque audientes labiorum eius, socii la-  
borum eius. In his qui sequuntur, ceteri sancti us-  
que in finem sæculi secuti iudicantur. Omnes hi  
sive præcedentes, sive comitantes, sive sequen-  
tes, respiciunt in Christum ut Regem, ut gratia &  
gloriae Auctorem, Mediatorem & Salvatorem pi-  
orum & posterorum, ut principium, medium, fi-  
nem, ut eorum & obiectum omnium desiderio-  
rum, sive, ut loquitur Propheta, ut *Desiderium col-  
lium æternorum*; sicutque ut Triumphatorem mor-  
tis & inferni, sine fide in Christum, vel explicita,  
vel implicita nomen salutem assequitur ab initio læ-  
culi in haemulque.

**Vestimē-**  
**ta Regi-**  
**bus sub-**  
**hornan-**  
**tur.**

Vitæ, fides est & devotio erga Christum à  
quibusdam demonstratur sternendo vestes super  
asinum, ut se deat desuper, ab aliis sternendo. In  
via, à quibusdam quoque ex dendo ramos de arbo-  
ribus, palmasque & olivas deferendo. Et enim ve-  
stimenta sterneret, honorem erat quasi Regi suo ex-  
hibere. Sic cum Elizeus misisset quemdam ex filiis  
Prophetarum ad Iehu, ut ungeret eum Regem se-  
cretò, sicque domus Achab deleteretur, mox ut socii  
eius id intellexerunt, illud *unusquisque tollens pal-  
lum suum, posuit sub pedibus eius in modum tribu-  
nalis, & cecinerunt tuba in clamantes: Vivat Iehu.*  
Olivarum vero ramos dum deferunt (cum oliva  
sit misericordiae & pacis symbolum) illam miseri-  
cordiam, pacemque se à Christo pacis Principe ex-  
pectare indicant. Ac ulterius dum exprimit S. Io-  
annes eos accepisse ramos Palmerum, in manibus  
eos denulisse significat, non sine mysterio. Palma  
enim victoriae symbolum est, tum ex natura arbo-  
ris, quæ dum premuntur, coacta onus surgere dicitur,  
tum quia olim victoribus palma dabatur. Unde  
vili sunt sancti *amisti solis albis, & palma in mani-*  
*buis eorum, quo significabatur eos perfectam victo-*  
*riam de diabolo & mundo reportasse.* Quocirca no-  
tant Sancti Patres, quod Christo qui vix dum ce-  
perat bellare, immo qui iam primum se parabat ad  
bellum, victoria & triumphus decernitur, cum aliis  
Regibus & Principibus id prius decerneretur post  
bellum. Hoc scilicet ipse sua ordinavit providen-  
tia quia certus erat de victoria, non scilicet ad bel-

**Palma**  
**victoriae**  
**symbolum.**

**Apoc. 7.**

lum procedentes, quibus dicitur: *Non glorietur de-  
cimus, aquæ ut discimus.* Porrit ergo ipse ante vi-  
ctoriam triumphat, hostes infensissimos certò de-  
victoribus, peccatum, diabolum infernum. Imò &  
his ramis v oluit non solum Triumphator, sed etiam  
Deus agnosci Nam obviam ei procedere cum  
ramis, erat caremoniam illam exhibere, quæ soli  
Deo in festo Tabernaculorum exhibebatur, *summa-  
tu robu de primo fructu arboru pulcherrimas, fructu-  
lasque Palmarum, & ramos ligni danarum, frons-  
dium, & salices de torrente, &; lasabimini coram Do-  
mino Deo vestro.* Quoniam d & antiqui Lus lus la-  
rificantes gestabant ramos arborum eis dicarum.  
Sic dum iactificabant Jovi, gestabant æscu-  
lum vel quercum, dum Minervæ oleam, dum Veneri  
myrum, dum Herculi populum, dum Bacchæ  
hederam vel pampinos, dum Sylvano & Diti Cup-  
pressum, dum Apollini laurum. Sic & Iosephus  
lib. 30. cap. 3. docet Iudeos pro gratiarum actione  
sacriticare solitis manibus gestantes ramos myrti  
& palmarum, ex quibus mala Persica dependebant, ut  
significarent cor & linguam Deo esse dicanda. Per-  
sicam enim malum frondes habet in linguæ speciem  
acuminatas, sicutus verus cordis effigiem  
efformatos Hebræi ergo impulsu divino Christum  
quasi Triumphatorem, quasi Melliam & Regem,  
quasi Deum suum agnoscentes, ramos & palmas &  
olivas deferunt.

3. Reg 16  
Cami  
Deo pra.  
fortitur.  
Levit. 23.

Quod ipsum adhuc hodie præcitat Ecclesia ad  
eorum imitationem, sed plenissima fide post Chri-  
sti & Apostolorum instructionem. Quapropter sin-  
guli fideles palmas manibus gestant, tum ut Chri-  
stum mortis Triumphatorem celebrant, tum ut  
sub illo tamquam Duce suo immortalitatem & vi-  
ctoriam se adepturos significant. Sperant enim se  
de turba illa magna censendos, quæ ex omni tribu  
& lingua & natione redempto solis candidis vesti-  
ta est, palmasque manibus deferentis, laudem de  
Deo sedenti super thronum & Agno, idque in se-  
cula sæculorum. Palma itaque, symbolum æscu-  
patis & victoriae. Sancti suavis est ad eorum umbro-  
sa ad requiem honorabilis ad triumphum, semper vi-  
rens, semper vestita foliis, semper parata victoriae. *na-  
que ideo non marcescit palma, quia sanctorum victo-  
ria non marcescit, ne loquitur sanctus Ambrosius*  
*Item. 24. Sed hoc quoque hic animadvertione dis-  
tinguam est, quod si ut ingressum Christi in Ierusa-  
lem honoratum quidam imponendo vestimenta  
super asinam & pullum, ut d. super Iesus sederet, alii  
straverunt vestimenta in via, ut desuper transi-  
ret, alique ramos de arboribus excideret sic tres  
sanctorum Ordines Christi triumphum exornant. primum  
Primi Apostoli, qui prædicatione Evangelii Asi-  
nam & Pullum, id est Gentiles & Iudeos præpara-  
runt, ut super eos sederet Christus, & ut potestati  
eius essent subditi. Secundi sunt Martyres, qui pro  
pria corpora exerunt peribentissime, quasi vesti-  
menta quibus anima tegitur, ut Christo & fidei  
Christi, viam præpararent. Tertii sunt viri  
Cora;*

Palma &  
terminat  
symbolum.

Tres san-  
ctorum  
ordines  
Christi  
ornant,  
1,  
2,  
3.







lum Dei proloqui volentis, numquid potuit infantium linguam ad laudes suas decantandas expedire, ut vituperium iniquum Pharisaeorum propulset? Hoc erat perficere in laudem ex ore infantium, ad destruendum inimicum & ultorem. Aliqui tamen existimant lactentes hos pueros fuisse trimum circiter annorum, quia etate iam ambulat & loqui incipiunt. Hæbræis quoque feminas ad tertium usque annum infantes lactasse, colligi potest ex illo: *Te in utero novem menses portavi, & lact triennio dedi.* Divina tamen operatione, & non humano ingenio edita hæc laus fuit, ideo perfecta dicitur tamquam divina, & à Spiritu sancto, fuitque perfectior illa, quam alii pueri Nato Christo dederunt per mortem, quam tulerunt ab Herode pro ipso, quia hæc expressius & significantius resonabat ex eorum ore & lingua à Spiritu S. erudita.

Cæterum vox ista resonans puerorum, & aliorum Christo acclamantium: *O Sanna Filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini.* *O Sanna in altissimis*, ut legit Mathæus desumpta est ex Palmo: *O Domine saluum me fac. O Domine veni prosperare.* *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Itaque vox, *O Sanna*, idem significat ac *salva obsecro*: Eratque acclamatio Hebræis solita, quæ omnem felicitatem, prosperitatemque apprecabantur. Adhuc Iudæi dicuntur uti hac voce in festo tabernaculorum cum Palmis, & in sua Litanis inclamare: *Propter te Deum Deorum O Sanna: Propter te Dominum Dominorum O Sanna. Propter testamentum tuum O Sanna.* Quod ergo pueri inclamant, *O Sanna*, idem est ac si dicerent: *Vivat Rex, vivat Rex Messias, vivat filius Davidi Christus.* Sit illi omnis felicitas, sit prosper in omnibus ejus adventus, eiusque regnum. Salva eum obsecro, tu qui habitas in altissimis, sive de altissimis cælitus & divinitus salva nos per eum. Salvum fac Regem nostrum jam ad prælium fortissimam procedentem contra dæmonem, peccatum, infernum, ut & nos in ipso vincamus, per ipsum salvemur, cum ipso regnemus. Patet igitur, quam congrua fuerit hæc acclamatio Christo jam quasi regnum auspicianti, sed simul etiam ad prælium se accingenti contra hostes nostros. Nam de eo verum est: *Omnis imperus belli contra Regem Israel versus est in prælio.* In prælio enim Pallionis & crucis omnis dæmonum potentia, omnium hominum virtus, omnis ira Patris in eum verti visa est, & sic tantò gloriosius exivit vincens ut vinceret, (sic loquitur Ioannes Apoc. 7.) vincens pro se, ut vinceret pro nobis. Nihil porro Christo accedit, dum ei bene precamur, sed nobis: quia dum eius regnum feliciter procedit, prospere nobis cedit. Ideo Prophetæ, ideo, pueri & turba ei prosperitatem omnem apprecati sunt: ideo & nos bene ei precari de-

2. Mac. 7

Psal. 117

O Sanna vox acclamationis

Reg. 31

bemus, & in sæculum sæculi cum Ecclesia inclamare: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Vtique, *benedictus*, proprium maxime Christi nomen est, quia veniebat ipse omni benedictione à Patre cumularus, ut benedictionem in cæteros fontis instat plenissimi, effunderet, quia ab ipso benedicenda erant omnes gentes, sicut promissum erat Abraham, & de plenitudine eius omnes accepimus, ut asserit Evangelista. Cui consonat Paulus dicens: *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali in Christo.* Sicut elegit nos in ipso, ut effemus sancti & immaculati.

*Benedictus* itaque qui venit in nomine Domini, Christus qui iam ab initio sæculi à Patriarchis & in Patriarchis fuit benedictus. *Benedictus* ab Isaac in persona Iacob, dum ei dicit: *Dei tibi Deus de ore benedictionem: Es tu Dominus fratrum tuorum, & incur ventur ante te filii matris tue.* *Quis tibi benedixerit sit benedictus, qui tibi maledixerit sit maledictus.* Hæc enim illi dicebantur propter Christum ex semine eius oriundum, in quos eos cœli cum pinguedine terræ debebat coniungi, hoc est divinitas cum humanitate; quæ à fratribus, à fidelibus omnibus, debebat adorari & benedici, eis omnem benedictionem afferens. *Benedictus* à Moyse sub nomine Ioseph, dum moriens dicit: *Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput Ioseph.* & super verticem Nazaræ inter fratres suos. Hæc benedictio non conveniebat Ioseph filio Iacob: quia iam defunctus erat; ergo de Christo intelligi debet qui est Nazaræ inter fratres, hoc est floridus, ornatus, coronatus, super quem effloruit sanctificatio omnis & benedictio. *Benedictus* à Iudæis & Gentibus, quia ipse erat expectatio Israel, expectatioque Gentium, desiderium columæ at errorum. *Benedictus* ab Angelis & hominibus, à Pastoribus, à viduis, à maritatis, à virginibus, à senioribus, à Simeone, à Zacharia, à Ioanne infante, & ideo benedictus, quia venit sicut in-

Benedictus nomen proprium Christi.

Ioan. 1.

Ephes. 1.

Gen. 27.

Deut. 33.

Gen. 41.

Luc. 1.

1. Reg. 10.

nati



nati sunt, ut patet ex textu Evangelico.

PARS 4.  
Non sine  
mysterio  
lacrymarum  
huic tri-  
pho fuisse  
mixtas.  
Io. Bapti-  
sta Signi-  
ta Reli-  
quario  
c. 1.

**P**ostremo, dicamus, non sine mysterio lacrymas Christi mixtas fuisse huic triumpho. Et istum quidem lacrymarum quædam extant reliquæ & monumenta, quæ in hodiernam usque diem cum pietate adferuntur. Vnde inter sacras reliquias celeberrimum Monasterii S. Laurentii iuxta Leodium sic legitur: *Lacryma Christi Salvatoris, quam Honoratus tertius de Peirapontis Episcopo Leodiensi iudicio exceptam dedit anno 1216. Hugo autem Ottoni ad Drumum Laurentium Abbati, in iudicio suo comiti, per vandam reliquit.* Sic & in Vendocinensi Cœnobio asseritur asseruari quædam Christi lacryma, rem in Arthesia in Vico Vagnensi inter Bethaniam & Lulerium ostenditur una ex Christi lacrymis, ad quam venerationis causa multi à longinquis partibus, conflunt, ut vel solo tanti pignoris tactu & sacrosancto attactu oculorum firmitatem, & contra eorundem acres dolores, levamen à Christo consequantur. Vnde & Vicus in tanti pignoris honorem nunc *Sacra Lacryma* nuncupatur. Harum autem lacrymarum Christi causæ fuerunt varæ. prævidebat licet futuram destructionem civitatis, perindebat sagittæ & cœcitatem præferentem. Considebat populi sui reprobationem, cui in vanum sanguinem suum erat profusus; ideoque non minus ab eo deposcebat lacrymas eorum calamitatis extrema, quam à Davide Absalonis participæ exitium, cui sciebat perpetuo obstructum exitum de ventre mortis, mole criminis. An non lacrymas merito exigebat illa, quam in populo suo cernebat post dies quinque futura mutatio adeo prodigiola;

Bern. ser-  
26. in Cât

Thren. 4.

1. Reg. 1.

Isa 22.

1. Cum faustis acclamationibus, cum gloria & honore exipitur in Ierusalem; paucis exinde diebus summa cum ignominia effuditur ab isdem Ierusalem. *Quomodo obsecratum est aurum, mutatus est color optimus.*  
2. Nunc inlaamant Salvatorem, O sanna, Obsecro, salva nos Fili David; tunc irrident, quod saluum facere non possit seipsum, Nunc benedictum intonant, illic maledictum & crucifigendum exclamant; Nunc confitentur; tunc blasphemant. Sic honorem mutant in horrorem: *Qui nutriebantur in croceis, amplexantur stercorea.*  
3. Nunc sedet super asinam, & ut commodius sedeat, straverunt vestimenta super eam, straverunt & illa in via, ut ei exhiberetur honor: Tunc crucem portat, & vestibus propriis spoliat; in decoræ & ignominiosæ. *Quam gloriosus Rex Israel, nudatus quasi unus de securis.*  
4. Nunc ramis & dundæ arboribus, palmisque & olivâ deferunt Triumphatori: tunc plectunt in capite eius coronam de spinis, & arundinem dexterae eius inserunt. *Coronans coronabit te tribulatione, qui coronaverat palmis & benedictio.*

5. Nunc ut Regem verum Israelis exceperunt & ut Messiam deduxerunt in templum: tunc ut Regem fictitium ludibrio afficiunt, & in montem Calvarie configendum trahunt. *Ibi mortis, & ibi erit currus gloria tua.*

Isa. 22.

O mutationem lacrymis dignam! Sed eam ideo voluit Deus permittere, ut ostenderet quàm vasa sit mundi hujus gloria, quàm infabilis, quàm inconstans hominum affectus, quàm inconstans humanarum vicissitudo, cui nemo debet fidere. Simul etiam docere voluit, regnum suum & gloriam regnum quoque & gloriam electorum suorum in hac vita consistere in passione & cruce, ideoque eam non esse averlandam, sed læto animo adendum. Quod si prospere quandoque accidant electis in hac vita, ærumnis postmodum illa solet Deus compensare. Vnde Guericus Abbas ser. 3. in ramis sic introducit Christum loquentem: *Iustum est, O Pater, ut qui se exaltat, humilietur, sed non quid similiter iustum, ut quem exaltaveris, ita humilietur confusibiliter, & gloriam quam in munditia meruerat, tanta sequeretur contumelia? Numquid mihi iratus fuisse, quod sic vel ad horam me passus sum honorari? Illud etiam exiguum quod susceperam de bonis huius mundi excludendum erat: ante mortem in paucis & contumeliosis, ne mihi postea obici possent, si recepisset bonum in vita tua, hæc ille. Addamus denique, hic adimpletam fuisse in Christo Agni Paschalis figuram. Quia sicut ille Agnus decimo die mensis primi solemniter pompa inducebatur in urbem immolandus die decimo quarto: ita Christus in die Palmarum ingressus est eum solemnitate & læticia, paulo post immolandus tamquam Agnus, qui tollit peccata mundi.*

Conclusio

**O** Domine Iesu Christe, O Rex Israel, multi Christiani, veri Israelitæ non secundum carnem, sed secundum spiritum, te hodie per sacratissimam corporis & sanguinis tui participationem in cor suum suscipiunt. Fac ut cum laude & benedictione, cum exultatione & læticia interiori id faciant. Fac ut pravas suas habitudines & inclinationes, quasi vestes, tuis pedibus prosteruant. Effice denique per gratiam tuam, ut in hac laude & benedictione constanter perseverent, nec umquam in posterum per peccatum te expellant, aut crucifigant: sed tandem palmas gerentes in manibus, & stolis candidis amicti, electis tuis locentur, cum quibus in æternum cantare valeant illud: *Benedictio, & claritas, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo, Deo nostro in sæcula sæculorum. Et iterum: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*

Apoc. 5.

**S**. Terefa in die Palmarum solita fuit magna cum devotione quotannis ad sacram commu-

Exemplu



nionem accedere. Considerabat autem eo die specialiter, quanta fuisset Iudæorum ingratitude, dum Iesum impransum in Bethaniam redire permittebant, & tanto licet honore exceptum nemo ausus fuit invitare ad convivium. Loquebatur ergo cum corde suo, & dicebat sibi: *Eia anima mea, ne ingrata sis Domino & Salvatore tuo in visum eam ad prandium tecum obsecra obnixi me & humillime, ut dignetur apud te manere.* Sic quæ poterat pietate & fervore animum extimulabat & præparabat, ad Dominum dignè & humiliter excipendum: Illa eodem die (postquam triginta annis hanc devotionem exercitasset & fovisset in corde) dum Eucharisticum sacramentum reciperet, contigit eam taliter animo rapti & suspendi, ut illud deglutire non valeret. Cum vero ad se redisset, & adhuc Eucharistiam ore gereret, vilia est sibi habere totum os plenum cruore imò totam faciem quasi recente & calente conspersam sanguine. Sed maximam inde suavitatem percepit, Domini quæ sic eam allocutus est. *O filia, volo ut sanguis meus tibi proficiat, volens misericordia mea nunquam tibi deficiat. Noli timere. Effudi illum magno cum dolore, tu autem illo frueris magna cum suavitate. An non vides, quam ego tibi cumulate rependo, & per solvo convivium, quod mihi solita es in illo die apparare? Hæc Christus Dominus.*

Tunc propemodum omnem vim amoris effudit amicis, aut equam sicut aqua effunderetur pro inimicis. Ad ultimam ergo lineam & extremum terminum progredi tuæ vilis est amor, ideo in faciem suos dilexille dicitur. Operi ac doctrinæ eius amor coronidem nobiliem & angustiam appoluit, cui inscribi potuit: *Non plus ultra.*

Neque solum sermone & verbo, sed etiam duplici facto alterius amore progredi non possit ostendit in fine. Nimirum in corporis ac sanguinis sui distributione; ubi ultimum vale continebatur cum Memoriali ardentissimæ charitatis; & in hac mystica pedum ablutione, quæ amoris lachrymis commixta, in suorum corde æternum erat manura tamquam mortuorum Patris non moriturum monumentum. *Sciens ergo Iesus, quia venit hora eius, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem.* Hora ista adeo desiderata fuit, ut propter illam dixerit se coactum donec adveniat, quia in illa mystico Baptismo debebat baptizari propter nos, debebat & optabat miro ardore in profusio sanguinis & amoris sui abluere, ut nos ablueret ab omni sordide. Nec sine mysterio Evangelicæ horam vocant tempus passionis eius tor-doloribus & cruciatibus prolixius tantumque ex hoc mundo vocat mortem cuius acerbitatem. Nempe salutis nostræ amore tempus illud nocivius diutiusque tormentis pro te laud Christus Dominus non nisi horam unam existimat, quomodo & de Iacob dicitur, quod tempus amnis quibus servivit pro Rachel, pauci ei videbantur præ amoris magnitudine: Mortem quoque existimat quasi transitum levem per quem ad patrem transibat gloria sedem, per quem etiam secum nos decebat, ad eundem gloria fructum. Sciebat quia de Deo exivit, & ad Deum vadit, & per carnis assumptionem, nec Deum reliquit: Ad Deum vadit per passionem, Resurrectionem, Ascensionem, nec nos reliquit. Virginitatis dilectionis suæ, atque quæ ad Patrem vadit, symbolum petentem relinqueret, surgit à cena, & ponit vestim. *Et cum accepisset linteum præcinxit se: deinde misit aquam in pelvum, & cepit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.* Omnia ista iudicat amorem, & resonant humilitatem. Depoluit se. exteriorem amicum, ut magis accinctus & paratus sit ad hoc dilectionis & humilitatis opus. accepit linteum, nec expectato alterius ministerio præcingit se illo. Meque iaber afferri aquam, vel allatam infundi, sed ipse meteam mittit in pelvim, & lavat non manus (quod honestius foret) sed pedes discipulorum, hæc quoque quo cinctus erat, eos extergit. Sic solus omnia exequitur, solus aquam fundit, solus lavat, solus extergit. Felices pedes sunt tacti manibus hac aqua abluti, hoc linteo extersi, qui secuti sunt linteum istud, amoris Christi memoriali.

Guerrici ser. de Ascen.

Ribera in vita Te 79. a.

LECT. 16  
tripartit.  
De linteum pedum  
PARS I.  
Quanto amore Christus pedes suorum lavavit.  
Christus in fine vite maxime nos amavit.  
Ioan. 17.

DIE IOVIS S.

*Si non laveris, non habebis partem mecum*  
Ioan. 13.

De Christo Domino merito hic dicit Evangelista, quod cum dilexisset suos in finem dilexit eos, non solum quia ad finem usque vite ipsos amavit, sed quia etiam licet omni tempore dilexerit, tamen in fine maxime amorem hunc demonstravit, tum verbis amantissimis, tum factis efficacissimè amorem illorum probantibus, & ad cedamandum illectantibus. An cupis verba significatissima amoris eius percipere? Attende postremum eius sermonem cum discipulis: plenissimus est scintillis ignitæ charitatis de corde eius amantissimo exsistentibus. Quam cordatè eos patri tunc commendat, ut tamquam suos agnoscat, ut servet eos ab omni malo, ut sanctificet in veritate, ut faciat eos unitos in charitate, sicut ipse & pater unum sunt, ut det ipsis videre claritatem suam æternam dilectionem? Quam frequenter etiam ipsis suam inculcat dilectionem? Sicut dilexit me pater & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Iam non dicam vos servare, sed amicos in quacumque enim audivi à Patre, nota feci vobis, Diligite in veritate sicut dilexi vos. Multoties his similia repetuntur, & solus est sermo de charitate, procedens à diffusa in eius corde charitate, quæ mirum in modum dilatur in fine, Vade dixit B. Guerricus Abbas:

Ioan. 13.

ad-

Christi linteum pedum quo i chon Resp.

Resp.

Resp.

Bona 239  
21. Cl.  
1014